Fragmentarium

1

mitte quem miſſurus eſ. Iratus dñs
in moyſen ait. Aaron frater tuus leuites
scio quod eloquens ſit. Ecce ipſe egredietur
in occurſum tuũ. uidensq; te letabitur
corde. Loquere ad eum. & pone uba
mea in ore eius. & ego ero in ore tuo &
in ore illius. & oſtendam uobis quid
agere debeatis. Ipſe loquetur p te ad
populum. & erit os tuum. tu autẽ eris
ei in his que ad dm ptinent. Virgam
quoq; hanc ſume in manu tua. in qua
facturus es ſigna.
Abiit moyſes & reuerſus eſt ad iethro
ſocerum ſuum. dixitq; ei. Uadam
& reuertar ad fr̃es meos in egyptum.
ut uideã ſi adhuc uiuant. Cui ait ie
thro. Vade in pace.
Dixit ergo dñs ad moyſen in madian
Vade & reuertere in egyptũ. mor
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Dixit q; dñs moy
ſi [illegible] ut omnia
oſtenta que poſui in manu tua f[illegible]
coram pharaone. Ego [illegible] indurabo cor eĩ
& ñ dimittet popu[illegible] dicesq; ad eũ.
Hec dicit dñs [illegible] meus pmogenitus
isrl. D[illegible] filium meum
ut ſeruiat michi. & noluiſti dimittere
eum. Ecce ego interficiam filium tuũ
primogenitum. Cumq; eẽt in itinere
in diuerſorio. occurrit ei dñs. & uolebat
occidere eum. Tulit ilico ſephora a cu
tiſſimam petram. & circumcidit pre
putium filii ſui. tetigitq; pedes eius & ait.
Sponſus ſanguinũ tu michi es. Et dimi
ſit eũ poſtquam dixerat ſponſus ſan
guinum ob circũciſionem.
Dixit autẽ dñs ad aaron. Uade in oc
curſum moyſi in deſerto. Qui pret

ei obuiam in montem di. & oſculatus ẽ
eum. Narrauitq; moyſes aaron omĩa
uerba dñi. p quib; miſerat eũ. & ſigna
que mandauerat. Veneruntq; ſimul. &
congregauerunt cunctos ſeniores filiorũ
isrl. Locutuſq; ẽ aaron omnia uerba que
dixerat dñs ad moyſen. & fecit ſigna co
ram populo. & credidit populus. Audi
eruntq; quod uiſitaſſet dñs [illegible]
quod reſpexiſſet afflictionẽ eorũ [illegible]
adorauer[illegible]
Poſt hec ingreſſi ſunt moyſes & aa
ron & dixerunt pharaoni. Hec dic dñs
ds isrl. Dimitte populũ meũ ut ſacrificet
[illegible] in deſerto. [illegible] ille reſpondit. Quis
[illegible]
[illegible]
[illegible] Ds hebreorũ [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ab ope[illegible]
pit ergo in die illo prefectis operũ & ex
actorib; populi dicens. Nequaquã ultra
dabitis paleas [illegible] ad conficiendos
lateres ſicut pri[illegible] ſ; ipſi uadant & col
ligant ſtipulam. & menſuram laterũ
quas prius faciebant imponetis ſuper
eos. [illegible] minuetis quicquam. Vacant
enim [illegible] uociferantur dicentes.
eamus & [illegible] emus do nr̃o. Opprimã
tur opib; & [illegible] pleant ea. & ñ acquieſcãt
uerbis mendacib;. Igitur [illegible] prefecti
operum & exactores ad populũ [illegible] ait.
Sic dicit pharao. Non do uob[illegible] paleas.
Ite & colligite ſicubi inuenire pot[illegible]tis.
nec minuetur quicquam de ope ueſtro.
Diuiſuſq; ẽ populus p omnẽ terrã egypti.

Fragm. lat. 554

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 554, 1r mit Farbkeil – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-yr7z/412/5768)